Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



120

qui fuit dux eorum qui comprehenderunt ihesum
qui cognominatus est iudas et sortitus est sor-
tem ministerii huius. Et hic quidem possedit a-
grum de mercede iniquitatis et suspensus
crepuit medius et effusa sunt omnia viscera
eius. Et notum factum est omnibus habitan-
tibus in hierusalem ita ut appellaretur ager ille lin-
gua eorum acheldemach hoc est ager sanguinis
scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat con-
habitatio eorum deserta et non sit qui inhabit
in ea et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo
ex his viris qui nobiscum sunt congregati
omni tempore quo intravit et exivit inter
nos dominus ihesus incipiens a baptismate
iohannis usque in diem qua assumptus
est a nobis testem resurrectionis eius nobis
cum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos ioseph
duos qui vocabatur barsabas qui co-
gnominatus est iustus et matthiam. Et orantes
dixerunt. Tu domine qui corda nosti o-
mnium ostende quem elegeris ex his duobus
unum accipere locum ministerii huius et apos-
tolatus de quo prevaricatus est iudas ut abi-
ret in locum suum. et dederunt sortes eis et ce-
cidit sors super matthiam. Et annumeratus
est cum undecim apostolis. Et cum
impleti essent dies pentecostes erant omnes
[illegible]